



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exemplorum Libri Tres


Liber Tertius, Sive Exempla Divinae Irae, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendae - Per Quadragesimam Anno M. DC. XLVIII. narrata

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 1. Quale genus exemploru[m] huic tempori maximè conueniat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48194)



CAPVT I.

QUALIBVS POTISSIMVM
REMEDIIS, IN PVBLICIS MAXIMIS-
QVE NECESSITATIBVS, SIT
VTENDVM,
EXEMPLO ITALORVM?



VI dentium dolore, alioque corporis morbo laborant, diligenter solent inquirere, quibus alij simili molestia affecti remedijs sint vsi, & adiuti; vt in malo pari, partibus quoque adhibitis medicinis, ad pristinam redeant sanitatem. Dentium & mentium dolore, alijsque grauibz ac periculosos nos affligi malis, totamque nobiscum Germaniam, ne nesciamus, pulsata monent tympana, & buccinae clangentes indicant; monent arma, quae in officinis cuduntur; vel aliunde empta totis plaustris in urbem hanc nostram inuehuntur; monent milites turmatim transeuntes; monent illi, qui cum frumento, cum iumentis, cum suppellectili sua vndique huc e pagis & oppidis vicinis immigrant, & tamquam ad asylum quoddam confugiunt; ostendunt desertae villae, castella, mapalia; narrant noua non tantum colloquijs, sed etiam litteris ad nos perlata: testata sunt tonitrua bellicorum tormentorum, quae de vicino hoste atque nostro exercitu auribus nostris insonuerunt. In his tantis tamque diuturnis malis, nihil ego video aprius vtiliusque afferri in medium posse, quam exempla eiusmodi, in quibus videamus, non modò eadem, similiaue mala alijs accidisse, verum etiam, qua industria, quibus auxilijs, aut artibus sint propulsata. Omnes enim, qui rebus aduersis agitantur, cupiunt ijs liberari: atque idcirco promptissimis studijs, & audissimis auribus audiunt ea, quibus possint liberari.

In hanc rem exemplum afferro, certum, testatum, fide dignum, & à pluribus posteritati traditum; praesertim ijs, qui res
A Italas

I.
QVALE GENVS
EXEMPLORVM
HVIC TEMPO-
RI MAXIME
CONVENIAT?

II.
AUTHORIS,